

PRECES

OPUS DEI

PRECES

Sérviam!

V /. Ad Trinitatem Beatíssimam.

R /. Grátias tibi, Deus, grátias tibi: vera et una Trínitas, una et summa Déitas, sancta et una Unitas.

V /. Ad Iesum Christum Regem.

R /. Dóminus Iudex noster; Dóminus Légifer noster; Dóminus Rex noster. Ipse salvabit nos.

V /. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

R /. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

V /. Exsurge, Christe, ádiuva nos.

R /. Et líbera nos propter nomen tuum.

V /. Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timebo?

R /. Si consistent adversum me castra, non timebit cor meum; si exurgat adversum me proélum, in hoc ego sperabo.

V /. Ad Beatam Vírginem Mariam Mediaticem.

R /. Recordare, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspectu Dómini, ut loquaris pro nobis bona.

V /. Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beatæ Mariæ Vírginis.

R /. Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dóminum universæ domus eius: ora pro nobis.

V /. Ad Angelos Custodes.

R /. Sancti Angeli Custodes nostri, deféndite nos in proélio ut non pereamus in tremendo iudício.

V /. Ad Sanctum Iosephmariam Conditorem nostrum.

R /. Intercede pro fíliis tuis ut, fideles spirítui Operis Dei, laborem sanctificemus et ánimas Christo lucrifácere quæramus.

V /. Oremus pro Beatíssimo Papa nostro N.

R /. Dóminus conservet eum, et vivíficet eum, et beatum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicorum eius.

V /. Oremus et pro Antístite huius diœcesis.

R /. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitate nóminis tui.

V /. Oremus pro unitate apostolatus.

R /. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

V /. Omne regnum divisum contra se, desolábitur.

R /. Et omnis cívitas vel domus divisa contra se non stabit.

V /. Oremus pro benefactóribus nostris.

R /. Retribúere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam æternam. Amen.

V /. Oremus pro Patre.

R /. Misericórdia Dómini ab æterno et usque in æternum super eum: custodit enim Dóminus omnes diligentes se.

V /. Oremus et pro frátribus nostris Operis Dei, vivis atque defunctis.

R /. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

V /. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R /. Et de Sion tuere eos.

V /. Réquiem æternam dona eis, Dómine.

R /. Et lux perpétua lúceat eis.

V /. Requiescant in pace.

R /. Amen.

V /. Dómine, exaudi orationem meam.

R /. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si Preces moderatur, exurgit et addit Dóminus vobiscum, stans etiam dum recitat orationem.

V /. Dóminus vobiscum.

R /. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Deus, cui pr6prium est misereri semper et parcere: s6cipe deprecationem nostram. Ure igne Sancti Sp6ritus renes nostros et cor nostrum, D6mine: ut tibi casto c6rpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Actiones nostras, qu6sumus D6mine, aspirando pr6veni et adiuvando pros6quere: ut cuncta nostra or6tio et oper6tio a te semper inc6piat, et per te c6epta finiatur. Per Christum D6minum nostrum.

R /. Amen.

Omnes dicunt:

G6udium cum pace, emendationem vit6e, sp6tium ver6e p6enit6nti6e, gr6tiam et consolationem Sancti Sp6ritus atque in Opere Dei persever6ntiam, tr6buat nobis Omnipotens et Mis6ricors D6minus.

V /. Sancte M6cha6l.

R /. Ora pro nobis.

V /. Sancte G6briel.

R /. Ora pro nobis.

V /. Sancte R6pha6l.

R /. Ora pro nobis.

V /. Sancte Petre.

R /. Ora pro nobis.

V /. Sancte Paule.

R /. Ora pro nobis.

V /. Sancte Ioannes.

R /. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait:

Iube, Domne, bened6cere.

Sacerdos benedicit:

D6minus sit in c6rdibus vestris, et in l6biis vestris, in n6mine Patris + et F6lii et Sp6ritus Sancti.

R /. Amen.

V /. Pax.

R /. In 6eternum.

INICIO

CONCORDAT CUM ORIGINALI IN ARCHIVO PRAELATURAE ASSERVATO.
=DR. ERNST BURKHART. =ROMAE, 9 JANUARIII 2012.

Apud Collegii Romani Sanctae Crucis

Copyright © Prealatura Sanctae Crucis et Operis Dei, 2012.

(pro manuscripto)